

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I.U.D. &  
Codicis Professor, Ad Exequias Quas ... Viro Dn. Henrico, Krauthofio, I.U.D. ....  
Moestissima Vidua, hodie ... paratas cupit, Omnes omnium ordinum Cives  
Academicos sedulo invitat**

Rostochii: Kilius, 1641

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771910142>

Druck    Freier  Zugang

Schütze, N.

in

H. Krauthof.

Rostock, 1641.

20



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771910142/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771910142/phys_0002)

DFG





34

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**NICOLAUS Schütze /**  
J. U. D. & Codicis Professor,  
AD EXEQUIAS  
QVAS  
**CLARISSIMO ET CONSULTIS-**  
**SIMO VIRO**

**D N. HENRICO**  
**KRAVTHOFIO,**

J. U. D. & Practico celeberrimo Ju-  
dicijqs provincialis in hac nostra Mega-  
poli assessori dignissimo,

Mœstissima Vidua, hodie hora prima

in templo Mariano paratas cupit,  
omnium ordinum Cives Academicos  
sedulo invat.



ROSTOCHII,  
NICOLAI KILI, Acad. Typogr.  
Anno M. DC. XLI.

20



**S**enectutem optabilem esse omnium hominum, cujuscunq; tandem ordinis & conditionis illi sint, vota ac desideria testantur. Admiratione tamen dignum est, quod plurimi eam adepti vituperant & tantum non convitiis proscindunt. Qui in ætate meliori, ut vulgo putatur, formosus erat, senectutem adeptus deformitatem suam deplorat. Hinc illud cuiusdam,

Τὸ πελνέων κάλλισσος, ἐπὴν τῷ χρημάτεσσι ὥρη,  
Ἐπὶ πατήρ τιμῶν πίμενος, ἐπὶ Φίλονος.

Alius de morbis querelam texit, quorum expers antehac fuerit. Hinc illud

Φεῦ Φεῦ. Τὸ γῆρας ὡς ἔχει πλάσιον νόσος!

Alius mortis horret viciniam: Alius neglectum, contemtum ac derisum juvenilis lasciviae ac petulantiae non sine magna ægritudine & animi molestia accipit, silicernii, decrepiti, defloccati, Orci pabuli, & similium Encomiorum impatiens: Alius naturam accusat, quod vino similem eam fecerit, quod aescit, ubi parum superest: Alius βαρύτην, malorum aram, quo illa confugiant: Et quis tandem finis est, vel modus dictorum? Ex adverso autem non desunt, licet pauci-

pauciores , qui culpam conferunt , non in rem ,  
id est , ipsam ætatem , sed in homines ætatem non  
beneferentes ; quo ex numero sunt , qui in sacris li-  
teris memorantur , vel nullas , vel admodum le-  
yes de ea querelas edidisse : quorum illa quoq;  
communis erat cum aliis opinio , quod senex ea  
causa beatus dici non debeat , quia senex & viven-  
do defessus tandem moriatur , sed quod in eorum  
numerum recipiatur beatè moriens , quorum in  
numero fuerat , beatè vivens . Nec igitur convitius  
exceperunt eam advenientem , nec ægre tulerunt  
præsentem , sed ὑποεἰζοντες blandiori nomine salu-  
tarunt , quæ durius ab aliis accepta fuit . Hinc ne-  
scio quis vigentem ætatem veri comparabat ; de-  
clinantem æstati & autumno ; senectam vero hyc-  
mi . Alius itidem interrogatus , quid ageret , Per  
otium sese mori , respondebat ; ægrè enim , utpo-  
te senex , incedebat . Hinc etiam laudes eorum  
ducuntur , qui sapienter & moderatè hanc ætatem  
tulerunt , hodieq; ferunt .

ἢ οὐ γῆρας τῶν σοφῶν , εἴ τις ὁ νῦν

θέλει εἰςτιν ἡμέρα πεθεραὶ μάρθροι .

Ac de Agesilao

Xenophon prædicat , quod senectus ejus , quali-  
bet juventute præstantior fuerit . Nec sane id mi-  
randū in eo , qui juvenis rectam institutionem stu-  
diose sectatus fuerit , & bonas disciplinas probe per-  
ceperit , morumq; exercitia sedulo obierit . Ita de-

N 2

mum

um in senectute nativis animi sui motibus uti, &  
secundum naturam vivere poterat, cum absq; do-  
lore privationem voluptatum juvenilium ferret,  
nec ob senilem corporis imbecillitatē ullam tristis-  
tiam admitteret, nec ab aliis contemni se vel à fa-  
miliaribus quoq; & amicis negligi miserum puta-  
ret, ut qui adversus hæc omnia optimum in ani-  
mo suo remedium bene præparatum in promtu  
haberet. Exstant integri Catalogi eorum, qui hac  
arte onus illud Ætna gravius, ut quibusdam vide-  
tur, leviter tulerunt, & fervorem illum adolescen-  
tiæ perturbatorum, voluptatisq; juvenilis inpo-  
tentem dominatum animis libenter excusserunt,  
ut sine errore & impedimento μετ' εὐΦημίας ad ἀθανα-  
τιαν, etiam ex Philosophi admonitione perveni-  
rent. Hunc in catalogum referemus hodie Virum  
Amplissimum, Clarissimum & Consultissimum,  
Dn. HENRICUM KR A U THO FIUM,  
Juris consl. & practicum eximium, Judicijq; pro-  
vincialis in hac nostra Megapoli assessorem dignis-  
simum, cui hanc operam damus. Is natus est Neo-  
brandenburgi Megopolitanorum Anno 1577. die  
5. Februarij, ex parentibus honestis & primariis.  
Patrem is nactus est Virum Amplissimum & Pru-  
dentissimum Dn. J A C O B U M K R A U T-  
H O F F, consulem quondam Reipubl. Neobran-  
debur-

39

deburgensis: Matrem, eximia virtute matronam  
REGINAM Heinß. Avus ei paternus fuit FRI-  
DERICUS Krauthoff/Capitaneus quondam ar-  
cis Loitzensis in Pomerania, & Reipubl. Brande-  
burgensis Senator, cui uxore ex nobili familia ducta  
est, URSULA Glineken / ex Patre Nobilissimo  
Viro JACOBO Glineke/ Cons. Neobrandebur-  
gensi, & matre Nobilissima ANNA von Gulen/  
nata. Proavus WARNERUS Krauthoff/Bux-  
tehudæ domicilium habuit, cuius uxor piè defun-  
cti proavia fuit METTA Vandexen/ ex familia  
itidem nobili. Maternus ei avus fuit Dn. JACO-  
BUS Hein Consul Reipubl. Neobrandenburg.am-  
plissimus, ex HEINO HEINIO & CATHA-  
RINA Hakerß conjugibus legitime natus. Ex  
familia tam antiqua & honesta hic noster ortus est,  
qui, ut majorum virtute non indignum posterum  
se præberet, summis viribus operam semper dedit.  
Etenim quam primum ad ætatem institutionis li-  
terariæ capacem pervenit, in ludum est missus lite-  
rarium patriæ, in quo usq; ad annum ætatis 18. assi-  
duus fuit: Inde præceptorem natus est Gustrovii  
M. CHRISTIANUM Dorneman/ cuius tum  
in pueritia formanda felix & celebris erat indu-  
stria, eiq; biennio operam dedit, quo elapsa paren-  
tum consilio Francofurtum ad Oderam profectus.

N 3

est,

est, & isto quoq; biennio studiis Academicis adsuevit. Ex Francofurtensi ad Witebergensem Academiam perrexit, ac toto ibi quadriennio studio Juris gnaviter incubuit. Postremo Ihenensem omnino sibi adeundam putavit, ubi cum biennium etiam studio Juris dedisset, Anno 1616. summos in Utroq; Jure honores merito suo inpetravit. Hac laurea Doctorali ornatus in Patriam reversus est, & matri viduæ præcipuo solatio fuit. Verum divina, cum providentia hue tandem adduxit & integro biennio commoranti de domo & matrimonio prospexit, cum lectissimam Virginem EMERENTIA M Viri Ampliss. D. BARTHOLDI KICHLERI J.U.D. & Consilia-  
rii Megapolitani filiam sibi uxorem optaret ac in-  
petraret Anno 1608. Felix omnino fuit illud con-  
jugium, florens opibus, animorum concordia, li-  
berorum proventu totis 33. annis, nisi quod REGINA, FRIDERICUS, EMERENTIA  
& HENRICUS ante patrem ex hac vita decesse-  
runt, sola MARGARETA, quarto loco nata,  
superest, & ut diu sit, matri solatiū ex animo DE-  
UM precamur. Anno 1634. Mense Octobri in  
Consiliarium Megapolit. & Assessorem judicij ele-  
ctus & confirmatus est: Cui officio, ut & aliis præ-  
fuit sedulo, fideliter, assiduè. In senectutis limine  
con-

39

constitutus, quicquid ea molestia attulit, generose  
acepit, & sine querela fortiter tulit, donec tan-  
dem die 17. Septembr. Anno proximè elapso he-  
miplegia invadens eum lecto affixit, & scorbutus  
inde ingravescens tandem superavit proximo die  
9. Januar. hoc anno, cum hora 8. pio, placido &  
beato sine hanc vitam clauderet ac in æternâ felici-  
ter commigraret. Quam sedulus pietatis cultor  
fuerit omnes noverunt ac testantur, qui virum no-  
verunt. In sacris conventibus raro nec nisi cogent-  
te necessitate desideratus, est. Uxorem φίλαυδρον  
mutuo, qui cultu optimus est, amore fuit prosecu-  
tus. Liberos in pietate & honestate educavit, fa-  
miliam clementer & moderatè rexit, atque ita  
officium Viri, Patris, heri summa tranquillitate  
functus est. Periculosus esse perhibetur illa ex  
9. & 7. in se ductis numeris ortus tertius & sexage-  
simus, à gradatione climactericus ductus. Sed  
hunc ille scopulum superavit immunis & sine nau-  
fragio; Qui hunc secutus est proximus, fatalis ei  
fuit: quamvis quid fatalem dicimus, omnes anni,  
dies & horæ climactericæ vel hunc vel illum fati  
extremis lineis admonent. Uxor vidua, & filia  
relictæ quin præcipuo in moerore hanc ob causam  
versentur, dubium nullum est. Deus tutor vidua-  
rum & Pater orphanorum Spiritus sancti effica-  
cem

cem gratiam & consolationem illis adspirabit, No-  
strum quoq; erit, Gives Academici, conferre, quod  
possimus ac debemus, frequentem videlicet præ-  
sentia, qua funus eximii viri prosequamur: Idque  
ut mecum non rogati faciatis, omnes & singulos ex  
officio hortor & monco. P. P. Rostochij sub  
sigillo Rectoratus, 14. Januarij  
Anno 1641.

**Conventus fiet hodie hora prima in  
templo Mariano.**








Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771910142/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771910142/phys_0014)

DFG





deburenſis: Matrem, eximia virtutem  
REGINAM Heinr. Avus ei paternus  
DERICUS Krauthoff/Capitaneus eis  
Loitzenſis in Pomerania, & Reipu-  
burgensis Senator, cui uxor ex nobili  
est, URSULA Glineken / ex Patre  
Viro JACOBO Glineke/Conf. Ne-  
genſi, & matre Nobilissima ANNA  
nata, Proavus WAR NERUS Kra-  
tehudæ domicilium habuit, cuius uxoris  
et proavia fuit METTA Bandex  
itidem nobili. Maternus ei avus fuit  
BUS Hein Consul Reipubl. Neobra-  
pliſſimus, ex HEINO HEINIO &  
RINA Hakerſ conjugibus legitimi  
familia tam antiqua & honesta hic no-  
qui, ut majorum virtute non indignus  
se præberet, summis viribus operam.  
Etenim quam primum ad ætatem in-  
terariæ capacem pervenit, in ludum  
rarium patriæ, in quo usq; ad annun-  
cius fuit: Inde præceptorem natus  
M. CHRISTIANUM Dornema  
in pueritia formanda felix & celeb-  
raria, eq; biennio operam dedit, quo  
cum consilio Francofurtum ad Oder-

N 3



the scale towards document